

Joachim Schönermarck

**Programma, Quo, Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Schonermarch  
I.D. & Prof. P. ad exequias; Quas ... Viro, Dn. Henrico Lindemanno, civi urbicae  
Reip. primario, Moestißima vidua & tristißimi liberi, marito & parenti  
desideratißimo, Paratas ... cupiunt, Omnes omnium huius almae Universitatis  
cives amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771920962>

Druck    Freier  Zugang



Schonermarch, J.

in

H. Lindemann,

Rostock, 1625.

20





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn771920962/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771920962/phys_0003)





Programma,

Quo  
RECTOR

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS

JOACHIMUS SCHONERMARCH,  
J. D. & Prof. P.

ad exequias;

Quas  
Spectatissimo & litteratisimo Viro,  
D.N.

HENRICO  
LINDEMANNO,

civi urbice Reip. primario,

Mæstissima vidua & tristissimi liberi marito &  
parenti desideratissimi

Paratas, in æde Mariana hodie h. media secunda  
cipiunt,

Omnes omnium bujus almae Universitatis eroges  
amanter invitati.



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog. Anno 1625.



77

RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
**JOACHIMUS**  
SGHONERMARCH,  
J.D. & P.P.



*Ursus nobis verum mortalitatis nostra exemplum se offert spectatissimus & litteratissimus Vir, civis urbicae Reip. primarius, nostri ordinis fator singularis, Dominus HENRICUS LINDEMANNUS: quem in medio etatis fere cursu mors suis & multis bonis eripuit: ut non necesse sit, circumferre more Egyptiorum skeleton addito praecone, qui nos ultime diei nostra, que non integra nobis qualibet, ut debitoribus, debetur, sed singulis momentis unicuique nostrum cedit, alta voce admoneat. Natus est p. d. HENRICUS LINDEMANNUS Anno 1580. Hervordiae (qua civitas imperialis & comitatus Ravensburgensis metropolis est) honestissimis parentibus, patre HENRICO LINDEMANNO, & matre ANNA KIRCHOFIA (ante annum hic pè defuncta) à quibus à primis unguiculis in Dei timore educatus, in patria schola humanioribus litteris probè informatus, Medi-*

A 2

cine

92

cine studio invenis delectatus, id vero persequi impeditus ad pharmaceuticen animum applicuit, in eaque, adeo feliciter est progressus, ut ad celebris myropoli*j* inspectionem fuerit legitimè vocatus. De qua functione suscipienda cum fratre, cum Clariſſimo, excellentiſſimo, doctiſſimoque Viro, Dn. THOMA LINDEMANNO, Jurisconsulto & Academiæ hujus Antecessore celeberrimo, Domino Collega, Compatre & amico nostro honorando, utpote quem patris loco colebat, consultaturus, Rostochium venit, ibi fraterne exceptus aliquantisper substitit: divinague ita destinante providentia honesto amore virginis lectiſſime, MARGARITÆ Ziegelmeisters/civis in hac urbe honorati, NICOLAI Ziegelmeisters & ELISABETHÆ Paselich filie, Viri Nobilissimi BALTHASARIS PASELICHII, in Liddow hereditarij, ex nobiliſſima Rugianornm Paselichiorum familia oriundi (fratris Magnifici CASPARIS Paselich Regij Danici Consiliarij) & ELISABETHÆ FRISEN ex patritia in hac urbe stirpe progenitæ neptiæ capta, eidem Anno 1614 felici matrimonio junctus quatuor filiarum adhuc susperstitum, ANNÆ, AGNETÆ, MARGARITÆ, CATHARINÆ, pater factus, vitam conjugalem simul & civicam pacatam & tranquillam ac piamente egit. Ante annum circa hocce tēpus febri correptus plures septimanas decubuit, circa autumnū spem recuperanda valetudinis haud dubiā conceperat. Sed reliquiae morbi prioris novos subinde affectus concitarunt. Imprimis ventriculi expertus est imbecillitatem, cum indurati epatis feirrho, & quod malum ingeminavit; cum calore hectico; Unde qui secutus est Tympaniticus ventris Tumor, & paulatim reliqui corporis consumtio lentam quidem sed placidam mortem illi conciliavit. Spem medicam decollantem, & ultimum vita terminum adventantem

præ-

83

presentis, medicum anime acciri iussit viatico sacro & cibo coelesti animam languidam refocillari curavit: eamq; panacea tali pastam 30. Junij circa horam 1. noctis creatori suo Christi merito confidens pie obdormiscens reddidit. Ita mors ornatus sum hunc virum è medio ferè cursu etatis abriput. Refert Athenaeus Dipnosophista, Regem Ægypti Ptolemaeum, quem per ironiam Philadelphum seculum illud tum indigetavit, aluisse stipendiarios quosdam, & in his Soteria, Sofigenem, Biona, Apollinem & Sosibium: & hunc Sosibium solitum fuisse sophisticationibus uti, in quibus, transponendis aut per quendam anagrammatismum, aut etiam per hinc inde collectas syllabas formandis vocabulis ludebat, verumq; non raro dicti alicujus sensum corrumpebat, aut novum affingebat. Cui ut par Rex referret, mandasse eum narrat, Questoribus, ut stipendum petenti Sosibio negarent, illudq; persolutum affirmarent. fecisse id Questores. Re itaq; à Sosibio ad Regem delata, cum ipse vehementer de injuria sibi à Nummularijs illata conquestus fuisset, iussisse Regem, Sosibium bono animo esse, negatam impudentem, ut idem debitum bis exigeret: esse enim in tabulis expensorum id à Questoribus notatum: simulq;, ut id probaret, apertis tabulis quatuor illa stipendiriorum, quorum paullo ante facta est mentio, Σωτῆρ, Σωτήρες, Βίωτος, Απόλλων nomina pralegisse Sosibio, & his quoq; ipsis contineri dixisse solutionem stipendiū factam Sosibio. Nam si juxta artem ipsius ex primo nomine primam syllabam Σω, ex secundo alteram, οι, ex tertio iterum primam Βι, ex quarto ultimam οι sumeret, easq; syllabas colligeret, jam eum liquido agnoscere, nomen suum Σωτῖβος esse inter eos scriptum, qui suum stipendum à regis Questoribus jam tum numeratum accepissent, itaq; & eum id accepisse. Ita ludionem ludificatus est

A 3

Rex.

Rex, cumq; proprijs ferijt pinnis. Simili modo non solum mul-  
ti iudicant, homines inter se esse sibi alterum alteri ludum, ;  
id quod ita esse quivis dies, ludiq; hoc tempore cruenti docent:  
sed Plato etiam affirmavit hominem esse ludum jocumq; Dei.  
Quod usq; adeo negari non posse videtur, cum experientia tee-  
stetur, nunc hunc extolli, nunc eundem aut alium deprimi;  
hodie regnum aliquod florere, cras vastari; hodie bonis cor-  
poris fortuna vel animi aliquem superbire, cras eundem ijs-  
dem exutum privatumq; jacere: hunc in utero matris, aliun  
in ipso partu, alium paullo post partum extingui, alium pue-  
rum, adolescentem, juvenem, virum, atate proiectiore, se-  
nem, senecionem deponitum hinc decidere: hunc ferro, flam-  
mis, domus ruina, rota, laqueo, uva acino, buccella, panis, ser-  
pentum morsu, morbo; cuius series propè infinita est; aliovè  
casu perire. Sed quis omnia enumeret ludibria, qua homo, aus  
homini, aut, ut Plato vult, Deo; aut potius quisq; sibi ipsi debet?  
Nam non est credibile, simpliciter voluisse Platonem, Deum no-  
biscum quasi tesseris ludere, & instar pilæ nunc datatim, nunc  
raptim, nunc pulsim nos exagitare, & ab ipso in eum usum nos  
conditos esse; cui omnes simus cœnum barbaricum, ne crepitu  
quidem digitii digni, diabolares, titivillitum. Nam & ipse  
Plato hominem dicit esse θαῦμα τοῦ θεοῦ, est enim homo μικρός;  
mente ad Angelorum naturam accedimus; cerebelli  
cavitas cœlum refert, oculi stellas, ossa terram: Oculi fun-  
dunt pluvias: lingua tonamus, fulguramus, fulminamus:  
qua omnia & singula persequi non est hujus loci, nec temporis.  
Cumq; Deus serio velis agnoscere & coli, cum inter tonitrua &  
fulmina legem tradiderit, cum deleat omnes sibi qui contra-  
ria patrann; cum nos foveat, alat, suo S. Sancto nos regat,  
sanctis Angelis contra Diaboli insultus nos muniat, affectu  
paterno prosequatur, in veram gloriam afflictos & credentes  
afferat,

afferat, vita eterna propter Christum nos veet: erit projectio  
minime ferenda vox, quae singit, Deum nos quasi rotam te-  
nere vertere, & quod velit nos sine discrimine trahere, nobis  
cumque quasi pila palmaria ludere. Afflitus quidem suos; imo  
occidit, multos quoque pessimadat: sed haec partim sunt dou-  
trinæ, partim Timoræ. Sic, quem nunc tertium laudamus,  
Plato in Gorgia calamitates prodesse dicit, & ijs qui perferunt,  
& ijs qui aspiciunt: quod utrig redunt meliores, illi do-  
re, hi exemplo. Sed longè firmior nobis est consolatio. Eluces  
enim ex calamitatibus illustris Dei amor & soezn erga Eccles-  
iam: quæ expressa est in igni Dialogismo apud Prophetam  
Esaiam, dulcissimis à Stiglio versibus ita reddito:

Ore Sion querulo sic est formosa locuta,

Cum quærente Deum mortalia pavore foret:

Ergo reliquisti me tot mala dura ferentem,

Et memor afflictæ non es, ut ante, Deus?

Huic Deus: an poterit curam deponere prolis

Ulla parens, partum non miserata suum?

Si tam dura tamen, tamque implacabilis ulla est,

Ut possit sobolis non meminisse suæ:

Ipse tui nunquam mutabo oblitus amorem:

Tu dilecta mihi filia semper eris.

Ecce manu descripta mea tua mœnia servo;

Ut firma in colum te statione tegam.

Ecce oculis te gesto meis, mihi cuncta videntur

Proxima ceu nunc es, proxima semper eris.

Hac

...al quoque coniugalium misericordia mater & ipse sustentabit,  
Et filias suas eriget : Et pie ferent omnes dulcissimi mariti &  
patris abitum : qui, cum cum pertinax morbus deserere  
nolle, ipse tandem morbum deseruit, Et inter sancta suspi-  
ria, ad cœlum emisit animam, eamq; corpori præmisit, ubi  
beatissimis omnibus mentibus sociata nunc aperte intuetur Et lau-  
dat venerandum Et sacrosanctam numen, quod in his terris,  
non nisi in enigmate confixerat. Faciet autem maiestissima  
vidua desideratissimo marito hodiè hora media secunda funus.  
Ad quod cohonestandum ut omnes Jurisdictioni nostra subje-  
cti frequentes in ecclesia Mariana hora media secunda conveniant,  
rogantur monentur, hausturi tacitam inde vocem de morte  
assidue meditanda, Et Deum rogaturi, ut bellum & vasti-  
tates Et Pontificiam Tyrannidem à nobis nostrisq; Ecclesijs  
clementissime avertat : sic præstabimus Deo obsequium ; de-  
functi Fratri clarissimo, affinibus & amicis officium ; nobis  
ipsis beneficium. P. P. sub sigillo Rectoratus nostri, Rostochij,  
die Visitationis Mariae Anno 1625.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/pnn771920962/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771920962/phys_0013)

**DFG**







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn771920962/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771920962/phys_0016)



afferat , vita eterna propter Christum  
minime ferenda vox , quæ fingit , De-  
pere vertere , & quò velit nos sine di-  
scumq; quasi pila palmaria ludere . Af-  
ficit , multos quoq; pessimadat : sed b-  
ficiat , partim tristitiaq;. Sic , quem n-  
Plato in Gorgia calamitates prodesse d-  
ijs qui aspiciunt : quod utrig redda-  
re , bi exemplo . Sed longè firmior nobis  
enim ex calamitatibus illustris Dei am-  
bam : quæ expressa est insigni Dialogi  
Esaiam , dulcissimis à Stiglio versibus

Ore Sion querulo sic est for-

Cum querente Deum in

Ergo reliquisti me tot mala

Et memor afflictæ non e-

Huic Deus : an poterit cura

Ulla parens , partum non

Si tam dura tamen , tamq; i-

Ut possit sobolis non mem-

Ipse tui nunquam mutabo

Tu dilecta mihi filia sen-

Ecce manu descripta mea

Ut firma in columen te se

Ecce oculis te gesto meis ,

Proxima ceu nunc es , p



ut projecto  
i rotam tez-  
bere , nobis-  
suos ; imo-  
nt deus pe-  
laudamus ,  
perferunt-  
s , illi dol-  
to . Eluces-  
rga Eccles-  
ophetams .  
:  
:  
e foret :  
tem ,  
Deus ?  
e prolis  
suum ?  
ulla est ,  
rem :  
servo ;  
um .  
i vident  
per eris .  
Hac